# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Venia u
### cum fonte primo

Sunt aliqui sic
donantes iniuriam ut non ulciscantur,
cum tamen sepius improperent.
Sunt alii qui licet sileant, manet tamen alta mente repositum et rancorem tenent in animo quarum neutra plena indulgencia est. Longe ab hiis omnibus benignissima diuinitatis
natura libenter agit; ignoscit plenarie, ita ut propter fiduciam peccatorum sed penitencium; ubi habundauit delictum, solet et gracia superhabundare.

Bernardus super Cantica sermone LXXXIX.

Sunt enim aliqui sic
donantes iniuriam, ut non ulciscantur,
saepius tamen improperent.
Sunt et alii qui sileant licet, manet tamen alta mente repositum, et rancorem tenent in animo: quarum utique neutra plena indulgentia est. Longe ab his omnibus benignissima est divinitatis
natura. Liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita ut propter fiduciam peccatorum, sed paenitentium, ubi abundavit delictum, soleat et gratia superabundare.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica sexta post Pentecosten*, 2, 4 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.211, ll.4-9).